



Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -
Cum Indicibus

Strauch, Johann

Jenae, 1674

Cap. XIV. Ad cap. 22. 23. de off. & pot. Jud. del.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10241

tat eundem esse, qui Ditmaro *Chronico lib. 6.* Wallebiz dicitur. Sed diversa sunt loca, Walwiz & Walbeck. Alterum nomen non minus variè scribitur: Wellebech & Olebech, liber Barcino-nensis. In conciliis Sulvestun. In cap. 25. detect. & attest. in primâ compilatione, Vellebec & Oselveston. Quid si Oldesten, Ulsen seu Ullinense, in Ducatu Luneburgensi, diœcesi Werdensi? Sed satis & super de isto.

C A P. XIV.

Ad cap. 22. 23. de off. & pot. Jud. del.

S U M M A R I A.

- | | | |
|--|--------------------------|--------------------------|
| 1. Cap. 22. Innocentii III. ubi habetur. | 5. Capit. 23. | Cap. 22. Innocentii III. |
| 2. Mons regalis, Monreale. | 6. Cœnobium de Conchis. | ubi habeatur. |
| 3. Mons regalis, Mondevi. | 7. Hypothesis cap. | Mons regalis, Monreale. |
| 4. Rossanum ubi? | 8. Lexovii. | 8. Lexovii. |
| | 9. Monasterium de Becco. | Rossanum, ubi. |
- I**N cap. 22. rescribit Innocentius III. Reginensi Archiepiscopo & Episcopo Cephaludensi. Habetur in collectione III. & in Epistolis Innocentii III. lib. 1. Causa vertebatur inter Archiepiscopos Montis regalis & Rosanensem. Mons regalis, Monreale, urbs Archiepiscopal regni Siciliæ, beneficio Lucii III. anno 1183. Alius est Mons regalis, Mondevi, in Ducatu Pedemontano, sub Archiepiscopo Taurinensi. Rossanum, Rosano, olim Rosianum, urbs Archiepiscopal Magnæ Græciæ. Sedem ex oppido Thurio huc translatam scribit Barrius lib. 5. de antiquit. Calabria additque Rossanensem Ecclesiam suo ævo Latinam esse factam, quæ antè ritum & linguam in sacris Græcam servasset. Inter hos ergo lis vertebatur super quibusdam decimis. Et causa committebatur à Pontifice Panormitano Capuano & Reginensi Archiepiscopis, à quibus fuit appellatum. Pontifex causam appellatio-nis commisit Archiepiscopo Reginensi & Episcopo Cephaludensi.

In capite 23. rescribit idem Pontifex conventui de Conchis, *Capit. 23.* qui est in Normanniâ, alias Castellionis dictum, quod Rogerius *Cœnobium de Zoënio* construxit, ubi Gilbertus Abbas floruit, ut habet *de Conchis.*

H déri-

*Hypothesis
cap.*

Lexovii.

*Monastryū
de Becco.*

dericus Vitalis lib. 3. Controvertebatur inter monachos istius cœnobii & ejus Abbatem. Tandem à Pontifice delegata est causa Lexoviensi Episcopo. Ita enim legendum. Civitas Lexoviorum, *Lisieux*, urbs Episcopalis in Normanniâ, sub Metropoli Rotomagensi. Lexoviensi, inquam, & Abbat de Becco. Ejusdem Abbatis mentio fit cap. 16. supra de Rescript. Beccense monasterium & ipsum est in Normanniâ in diœcesi Lexoviensi anno XXXIV. conditum, à Gisberto Comite Brionniæ.

CAP. XV.

Ad cap. 32. de offic. & pot. Jud. del.

S U M M A R I A.

1. *Innocentii rescriptum.*

3. *Monasterium Vizilianense,
ubi & à quo exstructum.*

2. *Emendatores Gregoriani no-
tati.*

4. *Jam alit Canonicos secula-
res.*

*Innocentii
rescriptum.*

Innocentius tertius rescribit Parisiensi & Trecensi Episcopis, & Abbat S. Genovefæ, super molendino, stagno atque domo, quæ Petrus Comes Altissiodorensis in fundo monasterii Vergiliacensis molitus fuerit. Vergiliacensis habent plerique excusi, & MStus Salanus; Compilatio III. quam edidit A. Augustinus Wiresaliacensis. Emendatores Gregoriani in notis his legi jubent; Verziliacensis, vel, Vecoliacensis. Quâ auctoritate vel ratione, nescio. Rectè legitur Viziliacensis. Vizeliacus oppidum est Æduorum in diœcesi Augustodunensi, ubi nobile B. Magdanenæ monasterium à Gerardo Comite, Bertâque uxore Caroli Calvi temporibus conditum. De eodem Petrus Cluniacensis Abbas lib. 4. Epist. 28. In partibus nostris Vizeliacus, excepto Cluniaco in nostri ordinis studiis nullum patitur habere priorem. Nunc isthac coenobium pro monachis Canonicos habet seculares. Vide Goffridum Vindocensem & ibi eruditum commentatorem Sirmondum not. pag. 16.

*Emendato-
res Grego-
riani notati.*

*Monastryū
Viziliacen-
se, ubi &
quo exstruc-
tum.*

*Jam alit
Canonicos
seculares.*

CAP.